



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XII. Ut. Ecclesiastica beneficia sive deminutione conferantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

XII. Ut Ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur.

QVinto loco consideratur quantitas concessionis seu rei concessæ. Hic datur regula: Ecclesiastica beneficia sine deminutione esse conferenda. Hinc colliguntur torollaria. I. Collator non potest fructus beneficii retinere, nisi ante collationem cum capitulo statuerit, ut fructus ad tempus retineantur ob justam & necessariam causam. *c. un. vers. unde credimus. & Inf. de cons. c. l. ex b.* II. Beneficia dividi non possunt. *Sup. de preben. c. majoribus 8.* nisi adeo sint ampla, ut pluribus sufficere possint. *Sup. eod. c. vacantibus 26.* Hactenus de præbendis.

XIII. De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

Consequenter agitur de rebus Ecclesiæ non spiritualibus sed temporalibus. Hæc pars quinque tractatus continet. I. De alienatione. II. De contractibus principalibus, ut commodato, deposito, emptione & venditione. III. De contractibus accessoriis, ut fidejussione, & pignore IV. De solutione. V. De donatione. Dicamus igitur primo loco de alienatione. §. Alienatio capitulorum modis. I. Auguste pro venditione, ita dicitur in §. si rem suam. *Inst. de legat. & in l. 1. C. de jur. emphyteut.* ut ipse Justinianus